

DANIÆ, SCHOLANDIÆ, NOR-  
uegiæ, Sueciæ, & Filandiæ noua Tabula,

Sextadecima additarum, & 25. in ordine.



**H**ÆC Regio paruum ab antiquis cognoscatur, propterea quod extenditur in tabula usque ad 72. gradus latitudinis. antiquorum autem cognitio terminabatur ad altitudinem poli 63. gradijs tamen notum erat ibi esse terram, sed ignota eorum aetati permanfit: imo eam inhabitatam, aut à rusticis hominibus & beluas imitantibus habitari existimant. Hæc igitur Tabula continet Daniæ, Scholandiam, Noruegiæ, Sueciam, Filandiam, aliasque septentrionales regiones, quæ quidem omnes sub Scholandia nomine habentur. Land apud huius regionis populos significat id, quod terra apud nos. Scholandia significat Amoenam terram, sic autem uocatam esse ferunt ob fertilitatē eius, & portuum cōmoditatem; quoniam in ea optima Tabula ad Equos, Boves, Pecora, aliq; animalia alenda conspiciuntur. extant etiam Piscationes, Venationesque ingentes, & omnium Metallorum fodina. Noruegia sonat Septentrionalem nam. Gothia sonat bonum, & Gotlandia bonam terram: hæc plurimas habet urbes insignes, quales sunt Liacopia, Malmogia, Sudercopia, Calmar. partiitur hæc prouincia in Gothiam, Ostrogothiam, & Westrogothiam. Suetia est regio ditissima auri, argenti, aliorumque metallorum. Ciuitas regia eius est Stockholm. Finlandia significat pulchram terram. Grolandia sonat Virentem terram. Islanda interpretatur glaciale terram. est Dania sic dicta à Dano rege. extat Cimbrica peninsula, Fionem, Selandia, Lalanth, & Fasler insule. Ab Hinc Gotbi, & alij populi, qui Italiam, reliquasque Europa partes desolarunt, ortum habuerunt. Scripserunt huius regionis historiam Ioannes, & Olaus magnus fratres Gotbi. Maiores dies sub extremis, & medio parallelo. huius tabula, Mores, habitus, & cætera, in sequenti explicabuntur.